# Inſtructio ſeu alphabetum ſacerdotum Incipit feliciter.



# Inſtructio ſeu alphabetum ſacer/ dotum incipit feliciter Et pꝛimo

Modus confitendi. ¶ Pꝛimo confitens dicat
Benedicite pater: qꝛ peccaui. Sacerdos rñdeat.
Deus ſit in cozde tuo et in labiis tuis: ad vere con=
fitendum omnia peccata tua. In nomine patris et
filii et ſpiritusſancti. Amen.
¶ Confitens confiteatur peccata ſua: et poſtea di
cat Confiteoꝛ ꝛc. ¶ Deinde ſacerdos dicat.
Amen. Miſereatur tui omnipotens deus et dimit=
tat tibi omnia peccata tua: ꝛ perducat te ieſus chꝛi
ſtus filius dei ad vitam eternam. Amen.
Indulgentiam abſolutionem et remiſſionē omniū
peccatoꝛum tuoꝛum tribuat tibi omnipotens pater
pius et miſericoꝛs dominus. Amen.
¶ Sacerdos iniungat ei penitentiam dicendo.
Cariſſime frater. Sūma penitentia eſt de peccatis
commiſſis dolere et penitere: et a futuris cauere.
Pꝛo penitentia ſalutari vos dicetis ter Pater nr̄
vel facietis ꝛc. Iſta penitētia et meritum paſſionis
ieſu chꝛiſti et omnia bona per te facta et fienda tibi
valeant ad remiſſionem omnium peccatoꝛum tuo=
rum. Et dominus noſter ieſus chꝛiſtus per ſuā ſan=
ctam piiſſimam miſericoꝛdiam te abſoluat. Et ego
te abſoluo a ſentētia excommunicationis minoꝛis
ſi quam incurriſti: et ab omnibus peccatis tuis. In
nomine patris et filii et ſpiritus ſancti. Amen.
¶ Deinde dicat ſacerdos. Oꝛate ꝓ me et ego pꝛo

vobis. Hoc facto cōfitēs peragat penitētiā ſi cōmo
de poteſt. Poſtea lauet manus ſuas dicendo.

Largire q̄s dñe ſenſib⁹ nr̄is ꝙ ſicut exteri⁹ ablu
unt̄ inquinamēta manuū ſic inter⁹ emūdentur
pollutiōes mētis ⁊ corporis Per. ¶ Ordo ad diſ
cedū miſſā prīo ſacerdos veniēs ad gradū altaris
ſeu ante altare genib⁹ flexis dicat hāc orōnē ſi velit

Dñe ieſu xp̄e ꝓpicius eſto michi pctōri qm̄ tu es
ſanctus q̄ ſanctificas oīa tu es bñdict⁹ q̄ bñdi
cis oīa īdulge michi oīa pctā mea q̄ p̄ſumo ad ſcm̄
altare tuū ītrare te cōfirma eccleſiā tuā in fide ca
tholica et doce me facere volūtatē tuā qz tu es de⁹
qui in trinitate perfecta viuis et regnas. Per oīa.

¶ Poſtea bñdicēdo vinū ⁊ aquā ⁊ ponēdo ī calicē

De latere dñi nr̄i ieſu xp̄i exiuit ſāguis (dicat
noſtre redēptionis et aqua pariter baptiſma
tis in remiſſionē pctōꝝ. Cōmixtio vini et aq̄ pariter
fiat In nomine patris et filii et ſpūſſancti. Amen.

¶ Sacerdos ſigno crucis facto accipiēdo amictū

Pone dñe galeā ſalutis in capite meo (dicat
ad expugnādas et ſuperandas omēs dyaboli
cas fraudes In nomine patris et filii et ſpūſſancti

¶ Ad albam ponendam dicat

Indue me dñe veſtimento ſalutis et indumēto
leticie circūda me ſemper Per chriſtum

¶ Ad zonam ponendam dicat.

Precinge dñe cingulo fidei ⁊ virtute caſtitatis lū
bos cordis ⁊ corporis mei et extīgue in eis flā
mā libidinis vt iugit̄ maneat ī ipſis tenor vti⁹ caſti
tatis. Per. ¶ Ad manipulum dicat

Te deprecor oīpā deus: vt ſic merear manipu=

lum deportare eundo et flendo cū patientia et exul
tatione deferendo: vt cum iuſtis portionem acci-
piam. Per. ¶ Ad ſtolam ponendam

Stola iocunditatis indue me dn̄e. ⁊ coronā pul
chritudinis pone ſup caput meum. Per xp̄m.

¶ Ad caſulam ponendam dicat.

Iugum tuum dn̄e ſuaue eſt et onus tuum leue.
idcirco preſta vt illud valeam deportare quate-
nus tuam poſſim conſequi miſericordiam ſalua-
tor mundi Qui in trinitate pfecta viuis et regnas
deus. Per omnia ſecula ſeculorum Amen.

¶ Poſtea genibus flexis dicat ſacerdos
ante altare hymnum ſequentem.

Veni creator ſpūs mentes tuorū viſita imple ſu
perna grā q̄ tu creaſti pectora Qui paraclit⁹
diceris donū dei altiſſimi fons viu⁹ ignis caritas et
ſpiritalis vnctio. Tu ſeptiformis munere dextre dei
tu digitus/tu rite pmiſſū p̄ris/ſermone ditās gutu
ra. Accēde lumē ſenſib⁹/infunde amorē cordibus/
infirma noſtri corporis virtute firmās ppeti Hoſtē
repellas lōgius pacē q̄ȝ dones ptinus ductore ſic te
preuio vitem⁹ oē noxiū. Per te ſciam⁹ da patrē no
ſcam⁹ atq̄ȝ filiū te vtriuſq̄ȝ ſpm̄ credam⁹ oi tp̄e. Sit
laus p̄ri cū filio ſctō ſimul paraclito nobiſq̄ȝ mittat
filius cariſma ſancti ſpūs Amen ℣. Emitte ſpiritū
tuum et creabuntur. Et renouabis faciē terre Do
mine exaudi orationē meam. Et clamor me⁹ ad te
veniat. Dn̄s vobiſcum Et cum ſpū tuo. Oremus

Deus qui corda fidelium ſancti ſpiritus illuſtra
tione docuiſti da nobis in eodem ſpiritu recta
ſapere et de eius ſemper ſancta cōſolatione gaude

re. Per. ¶ Poſtea dicat ſi velit hāc orationem

Aſtec cōſpectum diuine maieſtatis tue ego peccator accedo et p̄cor vt qui me miniſtrū officium ſacerdotis conceſſiſti: fac me tibi placitū ad tantum diuinum ſeruitium tibi et populo miniſtrandum placere. Amen.

¶ Poſtea dicat immediate āte altare vel reuertiendo quod cōmunius fit. Et introibo. p̄s.

Iudica me deus et diſcerne cauſam meā: gente non ſancta: ab homine iniquo et doloſo erue me. Quia tu es de⁹ fortitudo mea quare me repuliſti et quare triſtis incedo: dū affligit me inimicus. Emitte lucē tuam ꝛ veritatē tuam / ipſa me deduxerunt et adduxerūt in montē ſanctū tuū: et in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei: ad deū qui letificat iuuētutem meā. Confitebor tibi in cythara deus deus meus / quare triſtis es aīa mea et quare conturbas me. Spera in deo qm̄ adhuc confitebor illi ſalutare vultus mei: et deus meus. Gloriā. Et introibo ad altare dei ad deū qui letificat iuuentutem meam. Kyrieleyſon Xp̄e eleyſon. Kyrieleyſon Pater nr̄. Et ne nos. Sed libe. ℣. Cōfitemini dn̄o qm̄ bonus ℟ Qm̄ in ſeculū mīa eius. Ego reus et indignus ſacerdos. Confiteor deo omnipotenti et beate marie virgini et omnibus ſanctis eiu ꝛc.

¶ Et poſt confiteor aſſiſtentium dicat ſacerdos.

Amen fratres et ſorores per miam dn̄i noſtri ieſu chriſti per auxiliū et ſignū ſancte crucis per interceſſionē beate et glorioſe ſemperqꝫ virginis marie. et p̄ merita beatorꝫ apoſtolorꝫ tuorꝫ petri et pauli. beati michaelis archāgeli btiſſimi iuliani et oīm

ſanctorū et ſanctarū miſereatur veſtri omnip̄s de⁹ et
dimittat vobis oīa peccata veſtra et perducat vos
ieſus chriſtus filius dei ad vitam eternam. Amen.
Indulgentiam abſolutionem et remiſſionē omniū
peccatorū veſtrorum tribuat vobis pater pius et miſe
ricors dn̄s Amen Et gratia ſancti ſpirit⁹ paracliti
illuminet ſenſus corda et corpora noſtra: et emūdet
nos a viciis et delictis omnibus. Adiutoriū noſtrū
in nomine dn̄i. Qui fecit celū et terram Sit nomen
domini benedictum Ex hoc nunc et uſq; in ſeculū.
Ora p̄ nobis ſanctiſſima dei genitrix. Ut digni effi
ciamur promiſſionibus chriſti. Domine exaudi ora
tionem meam Et clamor meus ad te veniat. Do
minus vobiſcum Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

¶ Inclinādo ſe añ altare dicat ſubmiſſa voce ſacerdos

Aufer a nobis q̄s dn̄e oēs iniq̄tates nr̄as: et pro
pici⁹ reſpice ut ad ſancta ſctōrum purificatis tibi
mētibus itroire mereamur. Per dn̄m nr̄m ieſum.

¶ Oſculando patenam dicat ſacerdos.

Adoramus te chriſte et benedicimus tibi quia per
ſanctam crucem tuā redemiſti mundū Qui paſſus
es pro nobis. Domine miſerere nobis. ¶ Oratio

Reſpice queſumus domine ſuper hanc familiā
tuam: pro qua dominus noſter ieſus chriſtus
non dubitauit manibus tradi nocentium et crucis
ſubire tormentum Qui tecum viuit et regnat.

¶ In introitu miſſe dicat ſacerdos.

Adiutorium noſtrū in noie dn̄i. Qui fecit celū et ter
ram. Sit nomen dn̄i benedictū Ex hoc nunc et uſq;
in ſeculū. In noīe patris et filii et ſpūſſancti, amen.

¶ Sequitur officium miſſe.

Spiritus dñi repleuit orbem terrarū alleluya.
et hoc qd cōtinet oīa scientiā habet vocis allā
ps Exurgat deus et dissipentur inimici eius et fu-
giant qui oderūt eū a facie eius Gloria. Sūs dñi
Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleysa.
¶ Iunctis manib⁹ i medio altaris dicat sacerdos
Gloria i excelsis deo Et i terra pax hoī⁹ bone
volūtatis. Laudam⁹ te. bñdicimus te Adora
mus te. Glorificam⁹ te. Grās agim⁹ tibi pter ma
gnā gloriā tuā. Dñe de⁹ rex celestis de⁹ pater oīps
Dñe fili vnigenite iesu xp̄e. Dñe deus agnus dei fi
li⁹ patris. Qui tollis peccata mūdi miserere nobis
Qui tollis pctā mūdi suscipe deprecationē nostrā.
Qui sedes ad dexterā pris miserere nobis Qm̄ tu
solus sanctus Tu solus dñs. Tu solus altissim⁹ iesu
christe. Cum sancto spū in gloria dei patris Amen
¶ Tunc vertat se ad populum dicendo
Dominus vobiscum. ¶ Oratio.
Deus q̄ corda fideliū sctī spūs illustratiōe docuī
sti da nobis i eodē spū recta sapere de ei⁹ semp
sctā ꝯsolatiōe gaudere p.i vni.eiusdē. Lcō act. apo.
In dieb⁹ illis. Cū audissent apostoli q̄ erant hie
rosolimis q̄ recepisset samaria v̄bum dei: mise
runt ad eos petrū et iohannē Qui cū venissent ora
uerunt pro ipis vt acciperēt spm̄ sanctū. Nondū eni
in quenq̄ illorū venerat: sed baptizati tantū erant in
nomine dñi iesu. Tunc imponebāt manus super il-
los: et accipiebant spiritūsanctum. R̄ Beata gens
cuius est dñs deus eorū populus quē elegit in here-
ditatē sibi V̄ Verbo dñi celi firmati sunt et spiritu
oris eius oīs virtus eorū. Beata gens. Alleluya. V̄.

Ueni ſancte ſpiritus reple tuorū corda fideliū ⁊ tui amoris in eis ignē accende. Alleluya. Sequētia.

VEni ſancte ſpiritus et emitte celitus lucis tue radiū. Ueni pater pauperum veni dator mune rum veni lumē cordium. Conſolator optime dulcis hoſpes aīe dulce refrigerium. In labore requies in eſtu tēperies in fletu ſolatium O lux beatiſſima re ple cordis intima tuoꝝ fideliū. Sine tuo numine ni chil eſt in lumine nichil eſt innoxiū. Laua quod eſt ſordidum riga quod eſt aridum ſana quod eſt ſau= cium. Flecte quod eſt rigidū foue quod eſt frigidū rege quod eſt deuiū. Da tuis fidelib⁹ in te confiden tibus ſacrum ſeptenarium. Da virtutis meritum da ſalutis exitum da perenne gaudium. Amen.

¶ Deferat miſſale ad aliud latus dicendo. Dn̄e labia mea aperies: ⁊ os meū ānūciabit laudē tuā. ¶ Deīde viſitet hic ſacrificiū ſurgēdo patenā ſupra quam debet eſſe hoſtia/reſpiciendo infra cali cē ſi ſit vinū ⁊ aqua et dicat. Iube dn̄e benedicere. Dn̄s ſit in corde meo ⁊ in labiis meis ad ꝓnūciādū ſanctū euāgeliū dei. In noīe patris et filii ⁊ ſpūſſan cti amen Faciendo crucē. Alia benedictio quādo dyacon⁹ dicit euāgeliū ⁊ petit benedictionē a pbr̄o dicēdo. Iube dn̄e benedicere Sacerdos reſpōdeat. Spūſſanctus ſit in corde tuo et in labiis tuis ad digne ꝓferendū ſanctū euangeliū. In noīe patris ⁊c. ¶ Benedictio incenſi in feſtis ſolenni bus. Ab illo ſanctificeris in cui⁹ honore crema beris. In noīe patris et filii et ſpiritusſancti. Amen

¶ Sequitur Dominus vobiſcum.

Sequentia ſancti euangelii ſcd̄m iohannem.

Faciendo crucē ſup euāgeliū dicendo Sequentia
Deinde faciat crucem in fronte in ore et in pectore

Jllo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Si quis diligit me ſermonē meū ſeruabit Et pater me⁹ diliget eū et ad eū venicm⁹ et manſiōnē apud eū faciem⁹ Qui nō diligit me ſermones meos nō ſeruat Et ſermonē quē audiſtis non eſt me⁹. ſed eius q mi ſit me patris Hec locutus ſum vobis apud vos manens. Paraclitus autē ſpiritusſanctus quē mittet pater in noīe meo ille vos docebit oīa ꝛ ſugeret vobis omia quecūqȝ dixero vobis. Pacē relinquo vobis pacē meā do vobis. Non quomodo mund⁹ dat ego do vobis. Non turbetur cor veſtrū neqȝ formidet. Audiſtis quia ego dixi vobis vado ꝛ venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiqȝ q̄r vado ad patrē: q̄r pater maior me eſt. Et nunc dixi vobis priuſq̄ fiat vt cū factū fuerit credatis. Jā nō multa loquar vobiſcū. Uenit enī pꝛīceps mūdi hui⁹ ꝛ i me nō habet quicq̄. Sed vt cognoſcat mūd⁹ q̄r diligo patrē Et ſicut mādatū dedit michi pater: ſic facio.

¶ Sacerdos faciendo crucē ſuper euāgeliū dicat Deo grās per euangelica dicta deleātur noſtra delicta. amen. ¶ Hec ſunt verba ſancta credo ꝛ confiteor.

Et poſtea dicat

Credo in vnū deū. Patrē oīpotētem Factorē celi et terre. Uiſibiliū oīm et inuiſibilium Et in vnū dñm nr̄m ieſum xp̄m filiū dei vnigenitū Et ex patre natū ante oīa ſecula. Deū de deo lumē de lumine deū verū de deo vero. Genitū nō factū cōſubſtantialē patri per quē oīa facta ſunt Qui ꝓpter nos hoīes et propter noſtrā ſalutē deſcēdit de celis

Et incarnatus eſt de ſpũſancto ex maria virgine et homo factus eſt. Crucifixus etiã pro nobis ſub põcio pylato. paſſus et ſepultus eſt. Et reſurrexit tercia die ſcḋm ſcripturas. Et aſcẽdit in celũ ſedet ad dexterã patris. Et iterũ venturus eſt cũ gloria iudicare viuos et mortuos. Cuius regni non erit finis. Et in ſpiritũ ſanctũ dñm et viuificantẽ. Qui ex prẽ filioqꝫ procedit Qui cum patre et filio ſimul adoratur: et conglorificatur. Qui locutus eſt per prophetas. Et vnam ſanctam catholicam: et apoſtolicam eccleſiam. Confiteor vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum Et expecto reſurrectionẽ mortuorum. Et vitam venturi ſeculi. Amen.

¶ Vertat ſe erga populum dicendo.

Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

¶ Verſus altare.

Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo tuo quod eſt in hieruſalem tibi offerent reges munera alleluya.

¶ Iungat manus ante altare dicendo.

Quid retribuam domino pro omnibus que retribuit michi. Calicem ſalutaris accipiam: et nomen domini inuocabo.

¶ Surgat calicem dicendo.

Suſcipe ſancta trinitas hãc oblationem quam ego peccõr et indignꝰ famulus tuus tibi offerre preſumo. pro meipſo pro iſtis ꝛ pro oĩ populo xp̃iano. vt in preſenti ſeculo remiſſionem cunctorũ peccatorũ recipiant: et in futuro vitã cõſequantur eternam Et pro aĩa famuli tui et pro aĩabus famulorũ famularũqꝫ tuaꝝ vt eis vitam eternam tribuas: et

omnium ſanctorum tuorum iubeas eſſe conſortes.
In nomine patris. ꝛc.
Faciat crucē cū calice ſupra corpalia et pondo calicē i medio poſtea capiat patenā cū hoſtia tcēdo.
In noīe ſctē et indiuiduę trinitatis deſcēdat hic panis iſte et benedictio dei patris oīpotētis et filii et ſpūſſancti deſcēdat ſuper nos et maneat ſemper Amen. In noīe pr̄is et filii et ſpūſſancti amen.
¶ Hic cooperiat calicem cū corporalibus faciēdo crucē ſuper calicē et hoſtiā, dicendo In noīe patris
¶ Deinde vadat lotum manus dicendo.
Lauabo inter inocētes manus meas ꝛ circūdabo altare tuū dn̄e. vt audiā vocē laudis ꝛ enarrē vniuerſa mirabilia tua Dn̄e dilexi decor dom⁹ tuę et locū habitationis glīe tuę. Ne pdas cū impiis deus aīam meā et cū viris ſanguinū vitā meā. In quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eorum repleta eſt muneribus. Ego autē in innocēcia mea ingreſſus ſū: redime me dn̄e et miſerere me. Pes me⁹ ſtetit in directo in eccleſiis benedicam te dn̄e. Gloria patri. Sicut erat. Kyrie eleyſō. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. Pater noſter.
¶ Poſt lotionē manuū ſignet ſe ſigno crucis ſtās in medio altaris et dicat. In nomie patris ꝛc. Ueni ſancte ſpiritus reple tuorum corda fidelium: et tui amoris in eis ignem accende.
¶ Deinde inclinet ſe ante altare et dicat.
In ſpū hūilitatis et in aīo contrito ſuſcipiamur a te dn̄e ꝛ ſic fiat ſacrificiū nr̄m vt a te ſuſcipiat hodie et placeat tibi dn̄e de⁹ me⁹. In noīe pr̄is. ꝛc.
¶ Faciendo crucem ſuper altare oſculetur illud.

Deinde ponat manus ſuper ſacrificium dicendo.

Veni inuiſibilis ſanctificator et cuſtos: benedic et ſanctifica hoc ſacrificium nomini ſancto tuo preparatum. In nomine patris. etc.

Faciendo crucem ſuper totum ſacrificium Poſtea iungat manus ſuas.

Orate deū pro me fratres et ſorores et ego pro vobis: vt meū ſacrificiū pariterqꝫ veſtrū ſit domino deo noſtro acceptū Per xp̄m. Domine exaudi orationem meam Et clamor meus ad te veniat Dominus vobiſcum Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Munera queſumus domine oblata ſanctifica: et corda noſtra ſancti ſp̄us illuſtratione emūda. Per dn̄m noſtrū ieſum xp̄m filiū tuū Qui tecū viuit et regnat in vnitate eiuſdē ſpiritusſancti deus

Tunc oſculetur patenam.

Deinde extendat manus dicendo.

Per oīa ſecula ſeculorū. Amen. Dn̄s vobiſcum Surſum corda Gratias agamus dn̄o deo noſtro. Vere dignum et iuſtum eſt equum et ſalutare. Nos tibi ſemper et vbiqꝫ gratias agere. Domine ſancte pater omnipotēs eterne deus per chriſtum dominum noſtrum. Per quem maieſtatem tuam laudant angeli adorant dominationes/ tremūt poteſtates. Celi celorūqꝫ virtutes ac beata ſeraphin ſocia exultatione concelebrant. Cum quibus et noſtras voces vt admitti iubeas deprecamur: ſupplici confeſſione dicentes. Sanctus. Sanctus. Sāctus dominus deus ſabaoth. Pleni ſunt celi ꝛ terra gloria tua oſanna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine domini oſanna in excelſis.

¶ Sacerdos ſe inclinet ante altare manibus iunctis dicendo.

TE igitur clementiſſime pater per ieſum xp̄m filium tuū dn̄m noſtrum ſupplices rogamus ac petimus vti accepta habeas et benedicas.

¶ Faciat crucē ſuper calicem et hoſtiā dicēdo Hec dona hec munera hec ſcta ſacrificia illibata. ¶ Extēdat man⁹ dicēdo. In primis q̄ tibi offerim⁹ p̄ eccl'ia tua ſctā catholicā: quā pacificare cuſtodire adunare et regere digneris toto orbe terrarū vna cū famulo tuo papa nr̄o. N. et antiſtite nr̄o et rege nr̄o et oīb⁹ orthodoxis atq; catholice et apl'ice fidei cultorib⁹. ¶ Hic oret i mēte p̄ viuis di.

MEmento dn̄e famulorū famularū; tuarū. N. et oīm circūaſtātiū atq; oīm fidel xp̄i auorū quorū tibi fides cognita eſt et nota deuotio: p̄ quibus tibi offerim⁹ vel qui tibi offerunt hoc ſacrificiū laudis pro ſe ſuiſq; oībus / pro redēptione aīarum ſuarum/pro ſpe ſalutis et incolumitatis ſue: tibiq; reddunt vota ſua eterno deo viuo et vero.

COmmunicātes et memoriā venerātes Inprimis glorioſe ſemp̄q; virginis marie genitricis dei et dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. Sed et btōꝝ aplōꝝ ac martyrū tuoꝝ Petri Pauli Andree Jacobi Joh'ānis Thome Jacobi Philippi Bartholomei Mathei Symonis et Thadei. Lini Cleti Clementis Sixti Cornelii Cypriani Laurētii Griſogoni Joh'is et Pauli Coſme et Damiani. Et omniū ſanctorū tuorum quorū meritis precibuſq; cōcedas vt in oībus p̄tectionis tue muniamur auxilio. Per eundem xp̄m

¶ Ponat manus ſupra calicem et hoſtiā dicēdo.

Hanc igitur oblationē ſeruitutis noſtre: ſed et cuncte familie tue queſumus dñe vt placatus accipias: dieſqꝫ noſtros in tua pace diſponas atqꝫ ab eterna dānatione nos eripi et in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per chriſtum.

℄ Supra calicē et hoſtiā fac tres cruces dicendo

Quam oblationem tu deus in omnibus queſumus. bene . dictā. aſcriptam ratam. rationabilem acceptabilēqꝫ facere digneris vt nobis. Cor pus. et ſan guis fiat dilectiſſimi filij tui domini noſtri ieſu chriſti.

℄ Jungat manus dicendo ieſu chriſti.

℄ Hic accipiat hoſtiam et teneat in manibus ante pectus ſuum dicendo.

Qui pridie ꝙ pateretur accepit panē in ſanctas ac venerabiles manus ſuas.

℄ Hic eleuet manus dicendo.

Et eleuatis oculis in celum ad te deum patrē ſuū omnipotentem tibi gratias agens.

℄ Faciat crucem ſuper hoſtiam.

Bene dixit fregit deditqꝫ diſcipulis ſuis dicens accipite et manducate ex hoc omnes:

℄ Conſecratio panis

Hoc eſt enim corpus meum.

℄ His dictis leuet corpus chriſti: poſtea diſcooperiat calicem et accipiat in manibus dicendo.

Simili modo poſtea ꝙ cenatum eſt accipiēs et hunc p̄clarū calicē in ſctās ac venerabiles manus ſuas. Itē tibi grās agēs bene dixit deditqꝫ diſcipulis ſuis dicens. Accipite et bibite ex eo oēs.

℄ Conſecratio ſanguinis.

Hic eſt enī calix ſanguis mei noui ⁊ eterni teſtamenti myſterium fidei qui pro vobis ⁊ ꝓ multis effundetur in remiſſionem peccatoꝝ.

℄ Hic leuet calicem et leuando dicat

Hec quotieſcūq3 feceritis in mei memoriā facietis

℄ Hic cooperiat calicē cū corporalib⁹: deinde extendat manus coram altari dicendo.

Unde et memores dn̄e nos tui serui ſed ⁊ plebs tua ſancta eiuſdē xp̄i filii tui dn̄i di noſtri tam beate paſſionis necnō et ab inferis reſurrectionis ſed et in celos glorioſe aſceſſionis offerimus preclare maieſtati tue; de tuis donis ac datis.

℄ Faciat crucē ſupra corp⁹ ⁊ ſāguinē ſimul dicēdo

Hoſtiam puram. hoſtiam ſanctam hoſtiā immaculatam. Panem ſanctum vite eterne. Et calicem ſalutis perpetue.

℄ Extendat brachia dicendo

Supra que propicio ac ſereno vultu reſpicere digneris et accepta habere ſicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti abel ſacrificium patriarche noſtri abrahe et quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus melchiſedech ſanctum ſacrificium immaculatam hoſtiam.

℄ Hic inclinet ſe ante altare ponendo brachia in modum crucis dicendo.

Supplices te rogamus oīpotens deus iube hec perferri per man⁹ ſancti angeli tui in ſublime altare tuum in conſpectu diuine maieſtatis tue vt quotquot ex hac altaris participatione.

℄ Hic oſculatur altare dicēdo ſacroſanctū filii tui

℄ Hic eleuans oſculetur altare dicēdo.

Corpus et ſan guinē ſumpſerimus: omni bene- dictione celeſti et gratia repleamur. Per eundem chriſtum dominum noſtrum.

¶ Hic oret pro defunctis dicendo.

MEmento etiā dn̄e famulorum famularūq; tuarū qui nos p̄ceſſerūt cū ſigno fidei et dormiūt in ſomno pacis. N. Ipſis dn̄e et oib⁹ in xp̄o quieſcenti bus locū refrigerii lucis et pacis vt indulgeas de- precamur. Per eūdem chriſtum dominū noſtrum.

¶ Hic percutiat pectus ſuum dicendo.

NObis quoq; pctōrib⁹ famulis tuis de multitu dine miſerationū tuarū ſperantibus: partē ali quā et ſocietatē donare digneris cum tuis ſanctis apoſtolis et martyrib⁹/cū Johāne Stephano Ma thia Barnaba Ignacio Alexādro Marcellino pe tro Felicitate Perpetua Agatha Lucia Agnete Cecilia Anaſtaſia: et cū omnibus ſanctis tuis intra quorum nos conſortiū non eſtimator meriti ſed venie queſumus largitor admitte. Per chriſtū dn̄m no.

¶ Hic faciat tres cruces ſupra corpus et ſanguinem cum manibus.

PEr quem hec omnia domine ſemper bona cre as. ſan ctificas. viui ficas. bene dicis et preſtas nobis.

¶ Hic faciat tres cruces de corpore chriſti ſup ca licem et due vltime fient ſuper corporalia dicendo. Per ipſum et cū ipſo et in ipſo eſt tibi deo patri omnipotenti in vnitate ſpiritusſancti omnis honor et gloria.

¶ Hic cooperiat calicem cum corpora libus et extendat manus dicendo.

PEr omnia ſecula ſeculorum Oremus. Preceptis ſalutaribus moniti et diuina inſtitutione formati audemus dicere. Pater noſter qui es ĩ celis: ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuũ. Fiat voluntas tua: ſicut in celo et in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra ſicut et nos dimittim⁹ debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationẽ. Populus reſpondeat. Sed libera nos a malo.

¶ Sacerdos Amen. Leuando patenam ſurſum dicendo Amen.

LIbera nos queſumus domine ab omnibus malis preteritis preſentibus et futuris et intercedente pro nobis beata ꝛ glorioſa ſemperq̃ virgine dei genitrice maria et beatis apoſtolis tuis.

¶ Hic tangat de patena corpus chriſti: poſtea calicem in tribus locis dicendo.

Petro et Paulo atq̃ Andrea cũ omnibus ſanctis tuis. da propicius pacem in diebus noſtris: vt ope miſericordie tue adiuti / et a peccato ſimus ſemper liberi et ab omni perturbatione ſecuri.

¶ Accipiat corpus chriſti cum reuerentia et frangat ſuper calicem in tribus partibus dicendo.

Per eundem dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. qui tecum viuit et regnat ĩ vnitate ſpiritusſancti deus. ¶ Hic dicat ſacerdos.

Per omnia ſecula ſeculorum.

¶ Hic faciat tres cruces de part corporis chriſti ſupra calicem dicendo

PAx domini ſit ſemper vobiſcũ. Etcum ſpiritu tuo. Agnus dei qui tollis peccata mũdi: miſe

rere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mūdi: mi
ſerere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi:
dona nobis pacem.

¶ His dictis mittat particulam hoſtie cum qua ſi
gnauit ſanguinem in calice dicendo.

HEc ſacro ſancta cōmixtio corporis ⁊ ſanguinis
dñi noſtri ieſu chriſti fiat michi et omnibus ſu
mentibus ſalus mentis et corporis et ad vitā eter=
nam capeſcendā preparatio ſalutaris. Per eundē
Da pacem dñe in diebus noſtris quia non eſt alius
qui pugnet pro nobis niſi tu deus noſter. Fiat pax
in virtute tua Et abundantia in turribus tuis.

¶ Hic accipiat pacem

Pax tibi frater ⁊ vniuerſe ſancte ecclīe dei: glīa in
excelſis deo et in terra pax hoībus bone volūtatis

¶ Ante cōmunionē dicat iſtas orationes Orō.

DOmine ſancte pater oīps eterne deꝰ da michi
hoc corpus ⁊ ſanguinē filii tui domini noſtri ie
ſu xp̄i ita digne ſumere: vt per hoc merear remiſſio
nem omniū peccatorū meoꝝ accipere et tuo ſancto
ſpiritu repleri. qꝛ tu es deus ſolus et preter te nō eſt
alius cuius regnū et imperium ſine fine permanet
in ſecula ſeculorum Amen. ¶ Oratio.

DOmine ieſu chriſte fili dei viui qui ex volunta
te patris cooperante ſpū ſancto per mortem
tuā mundū viuificaſti: libera me queſo per hoc ſa=
croſanctū corpus et ſanguinē tuū a cūctis iniquita
tibꝰ meis et ab vniuerſis malis meis et fac me tuis
ſemꝑ obedire mandatis et a te nunꝙ imꝑpetuū ſe
parari ꝑmittas. Qui viuis ⁊ regnas cū eodē patre
in vnitate eiuſdē ſpūſſancti deꝰ. Per omia ſecula.

¶ Ante ſumptionem corporis chriſti.

Corpus domini noſtri ieſu chriſti cuſtodiat ⁊ cõſeruet animam meam in vitam eternam amẽ. In nomine patris et filii et ſpiritus ſancti

¶ Poſtea diſcooperiat calicem: ſumendo ſanguinem dicat.

Corpus et ſanguis eiuſdẽ dñi noſtri ieſu chriſti cuſtodiat animam meam in vitam eternã Amen.

¶ Deinde dicat capiendo vinum cũ aqua.

Quod ore ſumpſimus dñe pura mente capiamus et de corpore et ſanguine dñi noſtri ieſu chriſti fiat nobis remediũ ſempiternũ in vitã eternam amen. Et verbum caro factum eſt et habitauit in nobis. Agimus tibi gratias rex oĩpotẽs deus ⁊c. Nũc dimittis ſeruũ ⁊c. Gloria patri Sicut erat Kyri eleyſon. Xpe eleyſon Kyri eleyſon. Pater nr̃.

¶ Deinde ſequitur communio

Factus eſt repente de celo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis vbi erant ſedentes alleluya et repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto loquentes magnalia dei alleluya alleluya.

¶ Vertat ſe ad populum dicendo

Dñs vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. ¶ Oratio.

Sancti ſpũs queſumus dñe corda nr̃a mundet infuſio: et ſui roris intima aſperſione fecundet. Per dñm noſtrũ ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecũ viuit et regnat in vnitate eiuſdẽ ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum Amen. Dñs vobiſcum. Et cũ ſpiritu tuo. Ite miſſa eſt ⁊c.

¶ Nota ꝙ quando dicit Gloria in excelſis. dicitur Ite miſſa eſt. Alias dicitur Benedicamus domino

Et pro defunctis Requieſcant in pace.
¶ Deinde inclinatus coram altari dicat Oremus
Placeat tibi ſancta trinitas obſequiū ſeruitutis
mee· et preſta vt hoc ſacrificiū laudis quod oculis
tue maieſtatis indignus obtuli tibi ſit acceptabile
michiqꝫ et omibus pro quibus illud obtuli ſit te mi
ſerante propiciabile Qui viuis.
¶ Deinde oſculetur altare et dicat.
Adiutorium noſtrum in nomine dñi. Qui fecit ce
lum et terram Sit nomen domini benedictum. Ex
hoc nunc et vſqꝫ in ſeculum.
¶ Faciat crucem cum patena et dicat
Oremus bened'cat nos omnipotens deus pater ⁊
filius et ſpiritusſanctus.
¶ Deinde dicat ſacerdos.
Dñs vobiſcum Et cum ſpiritu tuo. Initium ſancti
euangelii ſm Johannem Gloria tibi domine.
IN pricipio erat verbū ⁊ verbū erat apud deum
et deus erat verbū Hoc erat in principio apud
deū. Omnia per ipm facta ſunt: et ſine ipſo factum
eſt nichil Quod factum eſt in ipſo vita: erat. et vita
erat lux hoim et lux in tenebris lucet et tenebre eā
nō ꝯprehēderūt Fuit homo miſſus a deo cui nomē
erat iohānes. Hic venit in teſtimoniū vt teſtimoniū
perhiberet de lumine vt oēs crederēt per illū Non
erat ille lux. ſed vt teſtimoniū perhiberet de lumine
Erat lux vera que illuminat oēm hominē venientē
in hunc mundū In mundo erat et mundus ꝑ ipſuꝫ
factus eſt et mundus eum non cognouit In pro-
pria venit et ſui eum non receperunt Quotquot
autem receperunt eum: dedit eis poteſtatem filios

dei fieri hiis qui credunt in nomine eius qui non ex ſanguinibus neqꝫ ex volũtate carnis neqꝫ ex volũtate viri: ſed ex deo nati ſunt. Et verbum caro factũ eſt: et habitauit in nobis. et vidim⁹ gloriã eius gloriam quaſi vnigeniti a patre plenũ gratie et veritatis. Deo gratias. Te inuocamus/te adoramus/te laudamus/o beata trinitas. Sit nomen domini benedictum Ex hoc nũc et vſqꝫ in ſeculum. Oratio.

PRotector in te ſperantium deus/ſine quo nichil eſt validum nichil ſanctum multiplica ſuper nos miſericordiam tuã: vt te rectore te duce ſic tranſeamus per bona temporalia / vt non amittamus eterna. Per chriſtum.

ECcleſiam tuam queſumus domine benignus illuſtra: vt beati iohannis apoſtoli tui et euangeliſte illuminata doctrinis ad dona perueniat ſempiterna. Per dominum.

OMnipotens ſempiterne deus qui dedeſti famulis tuis in confeſſione vere fidei eterne trinitatis gloriã agnoſcere et in potentia maieſtatis adorare vnitatem queſumus: vt eiuſdem fidei firmitate ab omnib⁹ ſemper muniamur aduerſis. Qui viuis et regnas deus per oĩa ſecula ſeculorũ Amen. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo.

¶ Sacerdos dicat Benedicite
Reſpondeatur Dominus

A ſubitanea et improuiſa morte liberet nos pater et filius et ſpiritus ſanctus. Amen.

Et benedictio dei patris omnipotentis deſcẽdat ſuper nos et maneat ſemper. In nomine patris et filii et ſpirituſſancti. Amen.

¶ Alphabetum ſeu inſtructio ſacerdotum nuper Pariſiu impreſſum per magiſtrū Petrum le Dru pro Claudio Jaumar librario commorante in vico ſancti iacobi ad interſignium ſcuti francie.